

W. H. 261, 25

Z c
7183

X 2054136

RECTOR
ACADEMIÆ
LIPSIENSIS

ad funus amplissimum
VIRI

Consultissimi & Excellentissimi

DN. D. THEODORI MÖSTELII,

Scab. Elect. Assessoris, Curia^æ prov. Advocati Ordinarii
& Reip. patriæ Senatoris

CIVES ACADEMICOS INVITAT.

Literis Lanckisianis imprimebat CHRISTOPH. CELLARIUS.





Vàm grata lux est omnibus, tam acerba
ipfius exiftere folet jaéture. Gracis in more
pofitum fuit, ut, quoties vefpertinaf tene-
bras correétura nova lux accenderetur, hac
acclamatione, *Ὡς ἡραδὸν*, eandem excipe-
rent. Germani admodum piè, quoties nova
lux vaporariis tenebricofis infertur, pro-
miffæ lucis æternæ memores, ut hac excipiat illam, precari folet.
Adducti videntur inde populi quidem, ut folem poft tenebras no-
cturnas fupra horizontem eritentem adorent pro verbo locum
facientes; Plures Solem orientem, quàm occidentem adorant.
Cum luce refocillante, calefaciente, illuminante Viri benè meren-
tes, aut merituri propter infignes, quas in publicum profundunt,
utilitates, vel ipfo Salvatore facem prælucente, non inconcinne
comparari poffunt. Judæis enim de Protobaptifta verba faciens
objicit, quod ad hanc lucem fe calefacere voluerint. Verume-
nimverò quod populis feptentrionalibus circa polarem arcticum
habitantibus hoc ipfo tempore ufu venit, ut tenebrarum noctur-
narum pertæfi (nimium quantum enim in his locis protrahuntur)
ad lucem Solis orientis oculis & animis erecti, vel per unius horæ
fpatium fupra horizontem elevatum, vel corporis solaris jam-
jam aborturi femiffem duntaxat videant: illud ipfum plures fa-
milie, Republicæ, Collegia experiuntur, quippe quibus *Ὡς ἡραδὸν* e-
jusmodi non rarò eminus tantum oftenduntur, fed dicto citius ex
oculis fubtrahuntur. Gratus omnibus efl Solis confpectus, gra-
tior illuminatio, gratiffima calefactio: Nec minus acceptus Vi-
rorum præclariffimorum in aliqua familia, vel Collegio confpe-
ctus, acceptior eorundem dignitas, cum familiis & collegiis, quo-
rum

rum pars sunt, lucem fanerant, acceptissima verò utilitas ab iis-
 dem in privatum & publicum emanans. Non itaq; sine cordolio
 soles ejusmodi orientes, *Φωσῆρες ἀνατολῆς*, luces calefacientes nobis eri-
 piuntur, antequam cursum sibi prædefinitum fuerint emensi, præ-
 sertim de quibus ad *μεσογῆν ἡμῶν* proVectis non nisi eximia quæq; no-
 bis fuerimus polliciti. Verùm ut nobis aboriri videantur, aut
 ante tempus extingui, alii tamen cælo recens oriuntur vicisitu-
 dinibus omnibus sortis adversæ & secundæ, vitæ ac mortis exempti.
 Talis sol oriens, qui cum Pythagora vix ad momentum se conspici
 passus fuit, è vestigio nostris se subduxit oculis vitæ ac rerum hu-
 manarum inconstantiam nobis altiùs imprimens fuit Vir Am-
 plissimus & Consultissimus DN. THEODORUS MÖSTELIUS
 J. U. Doctor nominatissimus Curia provincialis Advocatus Or-
 dinarius & Scabinatus Electoralis Assessor, nec non Reipublica
 patriæ Senator gravissimus, de Collegiis hætenus omnibus benè
 merētissimus, si dona in hoc organon divinitus collata, in tractan-
 dis negociis *εὐλαβείων*, & quæ spe præcepimus ab ipso emolumenta
 singularia spectamus, prolixioris vitæ usura dignissimus. Ut vi-
 tæ, sic munerum lampada consecutus fuit à Parentibus laudatis-
 simis in hac lampadarchia sibi viam præeuntibus & prælucenti-
 bus, à quibus etiam unicus ex tanta familia relictus *ὕψιστος*, no-
 minis & dignitatum hæres, lucem acceptam ita repercussit, ut
 ambiges, an ab iisdem acceperit, an in familiam satis alioguin-
 splendidam recens intulerit. Sive subsellia Senatoria, sive Dica-
 sterium provinciale, sive Scabinatum Electoralem spectes, aut
 Patrem simul & Avum, aut hunc certè cognominem & *ὀνομαστικόν*
 habuit Antecessorem vestigia sibi signantem. Nec dubio locus re-
 linquitur ullus, si vitæ filum fuisset ulterius extensum, quin di-
 gnita-

gnitates omnes Avi præclarissimi, & quidem ex merito fuisset ac-
cumulaturus. Ad banc itaq; lucem tam pulchram cum brevi ca-
lefacti fuerimus, rerum humanarum Euripum, & vitæ nostræ
fragilitatem æstimemus, & ut hæc bulla dicto citius diffugit, rosa
vernans emarcuit, sic & nos omnia òρα, aut si quid vilius hoc momen-
to dilapsurum cogitemus, & ad beatam ex hac vitæ emigrationem
stemus in procinctu. Impresentiæ jam vitæ cursum, quem
breviore quidem anfractu (nec enim quàm diu, sed quàm benè a-
ctæ fuerit fabula, quaritur) laudabiliter tamen & ad exemplar
Filius hic congener, paternarum virtutum æmulus confecit, sum-
ma rerum capita secuti describemus, & in Mnemosynes templo ut
grata legat posteritas, descriptum suspendemus.

Cum fortes creentur fortibus & bonis, præclaræ indolis non
obscura indicia sunt Parentes εὐφρημοί, quibus originem suam quis
debet. Ortum autem suum ὁ μακροχρόνιος retulit ad Parentem, Vi-
rum Amplissimum & Consultissimum DN. JONAM MÖSTE-
LIUM J. U. D. præclarissimum, Scabinatus Elector: Assessorem
meritissimum & Consulentem dexterrimum: ad Avum Virum
Magnificum, Amplissimum & Consultissimum DN. THEODO-
RUM MÖSTELIUM J. U. D. nominatissimum, in Schönau &
Großmiltz hæreditarium, Judicii appellationum in aula Ele-
ctorali Saxonica, ut & Scabinatus Electoralis Assessorem gravis-
simum, nec non Consulem Seniore de hac urbe præclarissimè me-
ritum: Ad Matrem in vivo adhuc existentem fœminam raræ na-
turæ ac virtutum dotibus insigniter exornatam, sui certè sexûs
speculum tersissimum MARGARITAM, Viri Amplissimi & Ex-
perientissimi DN. GEORGII LEISCHNERI, Serenissimorum
Saxonie Electorum CHRISTIANI II, & JOHANNIS
GEOR-

GEORGII I. feliciss. recordationis per annos 41. Archiatri dex-
terrimi filiam: ad Aviam paternam: ex antiquissima & de
hoc loco meritissima familia PEILICKIORUM, maternam ex
præclara Dresdensibus non ignota familia HERRIORUM ori-
undam. Ex hisce Parentibus ἐπιθυμωτάτοις in lucem editi vagitus
primos Lipsia currentis seculi anno 22^{do}, septimo Iduum Sextilis
exceptit. Icto per baptismum cum DEO foedere, pietatis & bona-
rum literarum initiis à fidei Præceptoribus ἐξ ὀνόματι ἀπολαύων tinctus
fuit. Et licet maturius vix decennis per Parentis desideratissi-
mi obitum in orphanorum statum fuerit redactus, in locum ta-
men Parentis Patruus carissimus, Vir Consultissimus & Pruden-
tissimus DN. SIGISMUNDUS MOSTELIUS J. U. Candida-
tus, & Reipubl. patriæ Senator gravissimus optio successit, qui
non tantum sollicitè τὸν ἐν ἀγίοις intra ades suas receptum educavit,
sed & cum discessisset ἀπὸ αὐτοῦ, quò facilius ad apicem dignitatis
à Parentibus occupatum posset emergere, legato satis splendido
Eidem prospexit. Hoc Patrono etiam justo citius subtracto, anno
sc: currentis seculi 37^{mo} Amica Fœmina Clarissima ROSINA, Vi-
ri Magnifici & Amplissimi DN. D. ADAMI HERRII Consulis
meritissimi relicta vidua partes istas supplevit, cujus mensa do-
musq; portio sub χεεργωγία fidelissima nunc Professorum in hac &
Jenensi Academia D. HIERONYMI KRONMATERI & D.
JOHANNIS STRAUCHII tum in amœnioribus, tum severio-
ribus studiis profecit ita, ut editis speciminibus non contemnendis,
qui mitteretur in Academiam, idoneus visus fuerit. Placuit tum
temporis Aldorpbina, propterea quod Matrem dilectissimam,
postquam ad secunda vota transisset contubernalis DN. GEOR-
GII ATERMANNI, Mercatoris nominatissimi, facta, Norin-
berga

berga viventem haberet in vicinia. Nullis hac ipsa curis, nullis sumtibus pepercit, ut fundamento probè jacto superstrueret Filius unicus. Et scopum præfixum feliciter attingeret. Triennium ferè ibidem studiis suis operam præclaram navavit, Et præmisso, quantum sufficere videbatur, Philosophico, se totum studio juris mancipavit, ab ore Dn. Professorum sedulus pependit, imprimis autem informatione tum publica, tum privata usus fuit Jcti celeberrimi Dn. D. LUDOVVEILERI, sub cujus etiam auspiciis in amplissimis istis viridariis spacia emensus haut exigua proprius ad metam præfixam magis magisq. accessit. Ex eo Lipsiam repetiit, Et quam prius orsus fuit, telam pertexere cœpit, Daduchon- sus exoptatissimo Professore non imæ cavea D. POLYCARPO VVIRTHIO, inter cujus collegas privatos nomen quoq. suum fuit professus. Consanguineo deinceps famigeratissimo, Designatori Generali Et Tribuno militari Dn. GEORGIO CAROLO FRIDERICO Reichenfese adjungebat, cui cum sæpius itinera officii ratione facienda, hâc occasione usus quaxacitis urbes Et loca celebriora oculis usurpabat. Semestri spacio sic exacto, inducias, quas paulisper cum studiis suis pepigerat, solvit. Et Amitam carissimã, cujus non ita pridem cum honore mentionem fecimus, iterum accessit, quippe quam teneriùs se complectentem Matris loco semper habuit, Et filiali prorsus affectu fuit prosecutus, colophonem studiis impositurus. Recentior itaq. iisdem insurgens sub præsidio Viri Magnifici Et Eminentissimi Dn. BENEDICTI CARPZOVII, Jcti magnimors Comitiss Pal: Cas: Seren: Sax. Elect: à consiliis intimis, Et Judicij appellationum Assessoris meritissimi, tum temporis Jur: Fac: Ordinarij præclarissimi disputationem feudalem anno 1647. cum laude habuit, Et inter Candidatos nomen profes-
sus,

sus, factis faciendis, praemisso sc: examine rigido, cursoria lectio-
ne absolutâ, & disputatione de contractibus innominatis habitâ,
licentiam assumendi summum in jure gradum obtinuit. Hanc
dignitatem supremus honorum apex Doctoratus anno 1653 non
sine suorum & honorum omnium applausu excepit, cum prius an.
1651, ordini Senatorio fuisset adscriptus. Fructus studiorum bre-
vi post decerpere coepit Sereniss. Sax. Electoris b. record. autori-
tate Dicasterij provincialis Advocatus ordinarius, & inde pra-
viâ denominatione subjectissimâ Scabinatus Electoralis Assessor
constitutus. In hisce sibi demandatis provinciis ita commissum
sibi talentum collocavit, ut summi Magistratus gratiam, bono-
rum omnium favorem promereretur seque reverentiam THEODORUM
Avore ac nomine similem probaret, nec in hisce primitiis substitis-
set, si per DEI gratiam prolixior vita usus ipsi obtigisset. Vita ca-
libis incommoda sentiens jugalem sibi sociavit Virginem lectissi-
mam, virtutibus sexum suum ornantibus commendatissimam
ANNAM MAGDALENAM, Viri honoratissimi & politissi-
mi DN. SEVERINI NEHLII Serenissimi Sax. Elect. Conjugi
Celsissimæ ab officiis secretioribus filiam dilectissimam, Sponsalis
Ecclesiasticâ benedictione septimo Cal. Oct. an. 1650. consumma-
tis. Ut reciproco amore tenerrimo Conjuges hi optimi se fuerunt
complexi, sic pignoribus etiam quatuor amor iste Conjugalis fuit
obsignatus. Ex his filiulus natus maximus nondum bimestris ante
quadriennium Dresdae fati concessit: Patri vero superstites in-
vivo adhuc agunt ANNA MARGARITA, ANNA THEO-
DORA, quam Avia charissima DN. NEHLII relicta vidua ca-
sum hunc acerbissime ferens educationi suæ voluit commissam, &
THEODORUS SEVERINUS, quibus DEUS ex alto benedicat,
& in

Zc 7183 OK
Et in decus familiae corporis Et anima dotibus auctos succrescere iubeat. In
Christianismo suarum partium satagit ita, ut cotidie precibus matutinis Et ve-
spertinis certum tempus daret, congregationem non desereret, auscultando con-
ciones sacras Et usurpando salutis organa suis alijsq; praeluceret, erga egenos pro-
nitum Et liberalem, erga Collegas pacificum, erga proximum officiosum se pra-
beret, suiq; desiderium aliquando post se relinqueret. Ut ut autem ab hoc sole o-
riente diutius calefieri sperassemus, Eundem tamen brevi nobis conspicuum super
alium Horizontem emergere voluit, cuius in manibus fata Et vita nostra sita
sunt. Octavo quippe Cal. Decembris pejusculè habens è Curia domum redijt,
Et cum dolores acerbiores ventris infimi (qui videbantur ex Colica orti) non re-
mitti, sed intendi sentiret, in lectulum sese recepit Dominorum Medicorum cōsilio
desuper usus. Nihil hic intermissum eorum, quae facere poterant ad recuperan-
dam sanitatem, verum licet intervalla quaedam sentirentur, tam fortiter ta-
men vehementissimus hic affectus insurrexit, ut de restitutione spes omnis in-
spongiam abiret. Accedente igitur ex aegritudine continua virium defectu, re-
spirandi difficultate, motibus demum convulsivis, stridore dentium, spuma circa
os, per Verbi Ministrum ad se accersitum solatijs erectus efficacissimis Et de fide
in SALVATORIS meritum quæsitus nutu capitis Et oculorum niētu id affir-
mavit, quod etiam prius verbis articulatis fecerat, Et verba praecentes so-
latii plena secutus fuerat. Accepta tandem benedictione Ecclesiasticā, post
mediam noctem Dominicam Adventus antecedentem, DEO receptui cavente,
vita pensum absolvit, Et Spiritum suum in manus fidas Redemptoris deposuit, in
hac scena mundana 24. annos, super addito trimestri Et 3. septimanarum spacio
conspicuus. Sic Sol hic radios diffundere incipiens nobis abortus: sic arbor hac
fructibus dulcissimos ostendens nobis succisa. Quis rerum humanarum lubri-
citatē, vita fragilitatem, spes vanas non inde agnosceret? Verum quod vita,
quod honoribus Et maxaeris defuit, abundè satis in altera, ubi ceu Sol in domo
Patris caelestis fulgebit, Et ut arbor justitiae ad Hierosolyma nova fluentia posita
fructificabit, resarciendum novimus. Nos ultimum humanitatis officium
post 1. pom: saluturi jam Nostros, ut in honorem familiae amplissimae Et decla-
randam suam ovum dicitur, frequentes nobiscum in funus procedere velint, vigo-
re praesentium convocamus. P. P. Nonis Dec. Anno M DC LVI.

KONA

n. 15



261, 25

RECT ACAD

LIPSIE

ad funus am

V I

Consultissimi &

DN. D. THEODO

Scab. Elect. Assessoris, Curia

& Reip. patria

CIVES ACADEM.

Literis Lanckisianis imprimobat

